



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XLVII. S. Leo. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

uerat, vt eadem coram omnibus fateretur, introduxit. Quo facto, tres Episcopos, totidemque presbyteros, & duos diaconos electos, Hierosolymam miserunt. Qui congregatis illius regionis *Episco- *76.
pis, & introductis 40. testibus, qui iuxta Euphemij accusationem omnia comprobarunt vera esse de Polychronio, ipsum Polychronium damnarunt, & Euphemium etiam, ideo, quia ipse Pontificem suum accusauerat, qui eum consecrauerat. Sed Polychronius postea propter compassionem & eleemosynam, quam ciuibus suis obsessis erogauerat, reuocatus & restitutus est à Sixto in pristinam sedem.

XLVII.

S. LEO. I.

A. ccccxl.

LEO natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit annos 21. mensum 1. dies 13. Hic ordinauit *185. Episcopos, presbyteros autem 81. diaconos 31. Hic sceliciter obiit 4. Idus April. Hic a epistolam destinauit vniuersis Episcopis per Campaniam, & in vniuersis prouinciis constitutis, in qua multa prohibuit, quæ & antecessores suos prohibuisse sæpe supra meminimus. Videlicet præcepit, ne illi, qui à Dominis suis libertatem consequi minimè potuerunt, & qui etiam originali alicui conditioni alligati sunt, ad sacerdotii fastigium non prouehantur, nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid in eos sibi vendicant potestatis. Iubet etiam Apostolicæ sedis auctoritate ab Ecclesiasticis officiis, & sacerdotali nomine arceri, si qui ex viduarum maritis, aut quibus fuerint numerosa coniugia sunt admissi. Decernit acriter vindicandum esse in eos clericos, qui vsurariam pecuniam exercent, & in scenore ditescere quærunt: commonens etiam illud, vt sicut non suo, ita non ex alieno nomine aliquis clericorum eiicere scenus attentet, quia indecens est crimen suum commodis alienis impendere.

ITEM in alia^b, quam vniuersis Italiae Episcopis scripsit, vt diligenter Manichæos studeant circumquaque inuestigare, & à plebibus sibi commissis separare mandauit. Scripsit etiam omnibus Episcopis^c per Siciliam constitutis epistolam, in qua arguit eos, qui in sacramento illo, quod inter cætera Ecclesiæ sacramenta principale est, id est, in Baptismo à Romanæ Ecclesiæ consuetudine discrepabant, ita vt baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniæ, quàm in Paschali tempore celebrarent, nullam differentiam credentes esse inter diem, qua Christus adoratur à Magis, & diem,

H

diem,

*De conf. d. 4.
c. propriè. & c.
si quis.*

diem, qua ipse resurrexit à mortuis, cum propriè in morte crucifixi, & in resurrectione mortui potètia baptismatis nouam creaturam condidit ex veteri, & in renascentibus, & mors Christi operetur & vita. Trina enim submersio triduanam Christi sepulturam imitatur, & ab aquis eleuatio resurgens est instar de sepulchro. Ipsa ergo qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimū eum esse, in quo orta est & virtus muneris & species actionis. Additur autem sanè huic obseruantie etiam Pentecostes aduentu Spiritus sancti sacra sollemnitas: quæ de Paschalis festi pèdet articulo. Alios verò dies huic obseruantie miscendo esse prohibuit.

*De conf. d. 4.
c. duo tēpora.*

*epist. 3.
1. q. 7. c. salu-
berrimum.
1. q. 1. c. omnis.*

SCRIPSIIT idem prædictus Papa Ianuario Aquilegiensi Episcopo epistolam ^c in qua eum commonet, ne presbyteri siue diaconi, vel subdiaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui ad Catholicam fidem, quam iam pridem amiserant, rursus reuerti ambiunt, in Catholicam communionem recipiantur, priusquam errores suos, & ipsos auctores erroris à se damnari sine vlla ambiguitate fateantur, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referenda sunt, quàm ad desides negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.

*epist. 90.
Ecc. 7.*

ITEM ad Rustici Narbonensis Episcopi consultationes respondens, ^d Epistolam scripsit, suadens ei, vt sanandis egris spiritualem adhibeat medicinam, & dicente Scriptura, Noli nimium esse iustus, mitius cum eis agas, qui zelo pudicitie modum videntur excessisse vindictæ, ne diabolus, qui decipit adulteros, de adulterii exultet vltoribus. Item, quia prædictus Episcopus nimia aduersitate turbatus, vacationem ab Episcopatus laboribus peroptabat, & vitam in silentio & otio degere magis, quàm in his, quæ sibi commissa fuerant, permanere dicebat, commonet eum prædictus Papa permanere in opere credito, & in labore percepto, & constanter tenere iustitiam, & benignè præstare clementiam. *Odio enim sunt habenda peccata, non homines. Corripiendi sunt tumidi, tolerandi infirmi, & quod in peccantibus seuerius castigari necesse est, non sciuentis plectendum est animo, sed medentis.* Item in eadem. *Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus sunt expetiti, nec à prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio * constituti. Vnde, cum sæpe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse donatum? Si qui tamen clerici ab istis pseudoepiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & iudicio presidentium facta est, potest rata ha-*

Dist. 86. c. odio.

*cap. 1.
Dist. 62. c.
nullus.
* consecrati.*

1. q. 2. c. si quis.

beri.

beri, ita ut in ipsis Ecclesiis perseverent. Aliter autem consecratio vana est habenda, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

ITEM dicit, alienum esse à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconii gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi. Item eandem legem continentię dicit esse ministris altaris, quæ Episcopis atq; presbyteris. Item dicit, non omnē mulierem viro iunctam esse viri vxorem, quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos dicit esse legitima, & inter æquales. & cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexus coniunctionē haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramenta, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Itaq; si quis filiam suam viro cui libet concubinam habenti in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi fortè illa prior mulier, & ingenua facta, & legitime dotata, & publicis nuptiis honestata videatur. Item, paterno arbitrio viris coniunctæ carent culpa, si mulieres, quæ prius à viris habebantur, in matrimonio non fuerint, quia aliud est nupta, aliud concubina. Item ancillam à thoro abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere non duplicatio coniugii est, sed profectus honestatis.

De his autem, qui in ægritudine pœnitentiam accipiunt, & cum conualuerint eam agere nolunt, dicit talium negligentiam sanè culpandam esse, sed non penitus desperandam, ut crebris cohortationibus incitati, quod necessariò expetiuerunt, fideliter exequantur. De his autem, qui iam deficientes pœnitentiam accipiunt, & ante communionem moriantur, dicit ita. *Horum causa Dei iudicio reseruanda est, in cuius manu fuit, ut talium obitus vsq; ad communionis remedium non differretur. Nos autem, quibus uiuentibus non communicamus, mortuis communicare non possumus.* De his autem, qui nimio dolore perurgente rogāt sibi dari pœnitentiam, & cum presbyter venit, daturus quod petebat, si dolor cessauerit, excusant, & nolunt accipere quod offertur, dicit. *Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse re- mediū, sed de metu grauius delinquendi, unde cum pœnitentia studiosè petitur non negetur.* De his, qui pœnitentiam professi sunt, sed in foro litigare cœperint, sic dicit. *Aliud quidem est debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere; sed illicitorum veniam postulantem, oportet etiam à multis licitis abstinere. Unde, si pœnitens habet causam, quam negligere fortè non debet, melius expetit Ecclesiasticum, quam forense iudicium.*

DE his verò, qui in pœnitentia, vel postea negotiatur, subiūgit dicēs. *Qualitas lucri negotiatur, aut excusat, aut arguit, quæ est & honestus questus qualitas.*

11. *Ibid. c. contra rium.* *2. Tim. 2. 12.* *Et turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi, quia difficile est vendentis & eumentis commercio nō interuenire peccatū. contrarium enim est omnino Ecclesiasticis regulis, cum Paulus dicat. Nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus. Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militia mundana voluerit implicari. ILLOS, q̄ in adolescentia, aut metu mortis, aut captiuitatis periculo pœnitentiam gesserunt, dicit rem venialem fecisse, si postea timore lapsus incontinentiæ vxoris copulam elegerunt. In quo tamen dicit, non se regulam constituere, sed, quid sit tolerabilius, æstimare, quia nihil magis congruit, qui pœnitentiam gessit, quàm castitas perseuerans & mentis & corporis.*

13. *20. q. 3. c. propositum. Psal. 49.* *ITEM* propositū monachi proprio arbitrio ac voluntate susceptū, non posse absq; peccato deferri, quia quod Deo quis vouit, debet & reddere. Vnde, si relicta singularitatis professione ad militiā, vel ad nuptias deuolutus est, publicę pœnitentię satisfactione purgandus est, si innocens sit militia, & honestum possit esse coniugium, electionem tamen meliorum deseruisse transmigratio est. Itē, puellæ quæ non parentum coactæ imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atq; habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, præuaricantur, etiam si nondum gratia consecrationis accessit. De his autem quæ iam consecratæ sunt, si postea nupsent, ambigi non potest, crimen magnum admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur.

14. *20. q. 1. c. puella.* *15.* *DE* paruulis à Christianis parentibus relictis, si nulla exstant indicia, quibus baptizati esse intelligantur, ne manifestè pereant, agendum est, vt renascantur, quia quod gestum non ostenditur, nō finit ratio, vt iteratum videatur. Similiter, si qui ab hostibus paruuli capti sūt, & cū redierint, & ipsi, & ceteri de eorū baptisinate incertitudinē hñt cōferendū eis videtur, q̄ collatū eē nescitur q̄a nō temeritas psūptionis interuenit vbi ē diligētia pietatis. *ILLOS .a. q̄* aliunde veniunt, & baptizatos quidē se sciūt, sed cuius fidei essent, qui eos baptizarūt se nescire fatētur, dicit nō baptizādos esse, sed p̄ manus impositionē Catholicis esse copulādos. Illi autē, qui paruuli baptizati, & à gentilib. capti sunt, si reuerſi communionē petierint, possunt sola manus impositione purgari, si conuiuio solo gentiliū, & escis immolatiis vsi sunt. Si autē idola adorauerint, aut homicidiis, aut fornicationib. contaminati sint, ad communionē eos nisi per pœnitentiam publicam admitti non oportet.

17. *De conf. d. 4. c. hi de quibus* *18.* *ITEM* Anastasio Thessalonicensi primati prædictus Papa aliam scripsit epistolam. in qua eum primò arguit, quia Atticum Ægypti

gypti Metropolitanum iniuste afflixerat, & Ecclesiastico officio priuauerat, ideò, quia vocatus adesse distulerat, infirmitatis tantum excusationem obtendens, & præfectum Illyrici ad miseriam cumulum in eundem Atticum incitauerat, cum à sede Romana Episcopum deponere sibi commissum non fuerat, prædicto Papa ita attestante. *Vices enim nostras ita credidimus tuæ caritati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.* Itaque quia modum mensuræ suæ exierat, quid seruare totius vsurpationis amputato excessu debeat, per singula prudenter informat, ita dicens. *Igitur secundum sanctorum canones Metropolitanos Episcopos ius traditæ sibi antiquitatis dignitatis intemeratū habere decernimus, ita vt à præstitutis regulis, nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant.* De substituendis autem Episcopis hanc seruari iussit, vt nec laicus, nec neophytus, nec secundæ coniugis maritus, aut qui viduam habeat, vel habuerit, Episcopus ordinetur: & cum de ipsius Episcopi electione tractabitur, ille omnibus proponetur, quem clericisq; consensus concorditer postularit: ita, vt si fortè in aliam personam partium se vota diuiserint, Metropolitanus iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuatur, & meritis: tantum, vt nullus inuitis populis, & non petentibus ordinetur, ne ciuitas inuita Episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quàm conuenit, cui non licuerit habere, quem voluerit. Metropolitanus verò defuncto, cum in eius locum alius fuerit subrogatus, prouinciales Episcopi ad ciuitatem Metropolitin conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atq; ciuium voluntate discussa ex presbyteris aut diaconis illius Ecclesiæ optimus eligatur. Et iussit prouinciales de nomine Metropolitanus, & similiter Metropolitanum de persona cuiuslibet consecrandi Episcopi ad Primatis referre notitiã, vt ordinatio rite celebranda sua firmetur auctoritate. De Conciliis autem Episcoporum præcepit, sicut S. Patres salubriter ordinarunt, vt bis per annos singulos celebrentur. Item præcepit vt Episcopis, qui ciuitatis suæ mediocritate despecta maiorem ambierit, & ad ipsam se contulerit, ab aliena pellatur cathedra, sed & carebit & propria. Item præcepit, vt ad exhibendam perfectæ continentie puritatem nec subdiaconis carnale connubiū concedatur. Interdixit etiam, ne aliquis alienum clericum inuito ipsius Episcopo suscipiat, & nõ sollicitet, nisi id inter dantem & accipientem conuenerit.

ITEM beatus & discretissimus Papa Nicetæ Aquilegiensi Episcopo postulanti, epistolam destinauit, in qua pro inspectione temporalium necessitatum curatione adhibita deliberatione salubri mandauit,

Cap. 2.

25. q. 2. c. i. g. i. tur.

3.

Dist. 32. c. o. m. n. i. u. m.

5.

Dist. 63. c. si for.

6.

Dist. 63. c. Me tropolitano.

7.

Dist. 18. c. de Conciliis.

8.

7. q. 1. c. si quis.

9.

19. q. 2. c. alienum.

epist. 77.

Cap. 1.

§ 4. q. 1. c. 2.

c. cum per.

Prou. 19.

Mat. 19.

4.

6.

26. q. 7. c. tem
pora.

Epist. 85.

Dist. 61. c. mi-
ramur.

* regimen

1. q. 1. c. princi-
patus.

* perniciosus

1. q. 1. c. 25. q.
2. c. si qui.

h. epist. 89.

dauit, vt mulieres, quę viris propriis captis, & in captiuitatē abductis, aliis interim nupserant, priorib. viris de captiuitate regressis, reddi debeant, quia scriptum est, q̄ mulier à Deo iungitur viro &, quod Deus iunxit, homo non separet. non tamen culpabilis iudicandus est, & tanquam alieni iuris peruasor habendus, qui personam eius mariti, qui iam existimabatur non esse, assumpsit. Si verò aliqua mulieres, ita posteriorum virorum amore sunt captę, vt malint his cohærere, quàm ad legitimum redire consortium, dixit eas meritò esse notandas, ita vt etiam Ecclesiastica communione priuentur, quia de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibi pro sua incontinentia placuisse, q̄ iusta remissio poterat expiare. De his, qui ad iterandum baptismum, vel metu coacti, vel errore traducti sunt, & contra catholicę fidei sacramentū egressi cognoscuntur, ea moderatione statuit cum eis esse agendū, vt per pœnitentię remedium, & per impositionem manus Episcopalis communionis vnitatem recipiant.

Cum de ordinationibus sacerdotum in partibus Cæsariensis Episcopi eiusdem prouincię fierent multa illicita, prædictus Papa vniuersis Episcopis eiusdem prouincię scripsit, arguens eos quod ambientium præsumptio, & popularis tumultus in tantum apud eos valebat, vt indignis quibusq; pastorale fastigium & Ecclesię gubernatio crederetur, dicens, hoc non esse consulere populis, sed nocere: nec præstare * regnū, sed augere discrimen, quia integritas præfidentium salus est subditorū. Et vbi est incolumitas obedientię, ibi sana est forma doctrinę. Principatus autem, quem aut seditio extorsit & contulit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui est * periculosus exemplo, & difficile est, vt bono peragatur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Non ergo in cuiusquam persona permittendum est, q̄ in institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra diuinę legis præcepta collatus. **ITEM** inferius. Omnis Ecclesiastica disciplina dissoluitur, omnis ordo turbatur, dum in Ecclesia, qui nullum subierunt ministerium, peruerso eligentium iudicio indebitum obtinent principatum. **Itē** in eadem inferius. *Si qui Episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem esse non liceat, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec vnquam ei sacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio immeritò præstiterunt.*

ITEM Theodoro Foroiulienſi Episcopo, aliam scripsit epistolam^h, in qua de his, qui in extremis pœnitentiã petunt, eum sic instruit.

fruit. Solitudinis tuæ is ordo esse debuerat, ut cum Metropolitano tuo primitus de eo, quod querendum esse videbatur, conferres: sed ut quoquo modo instruatur ambiguitas consulentis, quid de pœnitentiæ statu Ecclesiastica habeat regula, non tacebo. Mediator Dei & hominũ homo Christus IESVS pœnitentiæ Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & * petentibus actionẽ pœnitentiæ darent, & eosdem salubri satisfatione purgatos ad communionẽ sacramentorũ per ianuam reconciliationis admitterent. Si quis .a. eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo à munere indulgẽtiæ presentis exciderit, & priusq; ad constituta remedia peruenerit temporalem vitam humana conditione finierit, q; manens in corpore non recepit, consequi exutus carne nõ poterit. Et inferius. His .a. qui in tempore nõessitatis, & periculi urgentis instantia pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorẽt, nec satisfactio interdicenda, nec reconciliatio denegãda, q; misericordiæ DEI nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quẽ nullas patitur veniæ moras vera conuersio, dicente propheta. Cum conuersus, & c. Si etiam amisso vocis officio p̄ integra sensus inditia postulant, non negetur illis actio pœnitentiæ, nec gratia communionis. Et si aliqua egritudinis vi ita fuerint aggrauati, ut q; paulo ante poscebatur sub presentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur, seruata tamen regula canonũ paternorum circa eorum personas, qui in DEVM à fide discedendo peccauerint.

IDEM Papa in epistolaⁱ ad Nicetam Aquilegiensem Episcopum directa dicit. Si quisquam salubribus pœceptis satisfacere detrectauerit, siue ille sit clericus siue laicus, ab Ecclesiæ societate pellatur.

ITEM in epistola^k ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum missa pœcepit, ut in sollempnitatibus, quotiens basilicam, ad quam itur, pœsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur.

ITEM in^l epistola vniuersis Campaniæ Episcopis missa interdicit, ne à postulantibus pœnitentiæ professio publicè recitanda quæratur, quia sufficit solis sacerdotibus conscientiarum delicta iudicare confessione secreta. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Domino offertur, tunc etiam sacerdoti, qui peccatis pœnitentium precator accedit.

ITEM in illa epistola^m quam Galliæ regionis Episcopis scripsit, affirmat Chorepiscopos non alterius potestatis esse, quàm presbyteri sint. Chore enim villa dicitur: inde chorepiscopi villani presbyteri intelliguntur, qui nec frontes, nec in Missa quenquam possunt pœnitentem reconciliare.

De pœnit. d. 1. c. multiplex.

* confitentibus

26. q. 6. c. his

qui

Exech. 33.

ⁱ epist. 84.^k epist. 79.^l epist. 78.

De pœnit. d. 1. c. quamuis.

^m epist. 86.